



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118871**

§. 44. Urbani VIII. Epistola ad Ferdinandum Cæsarem super promulgato  
hoc edicto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67394)

festæ hujus inobedientie causâ, ipso facto, **Sæc. XVII.**  
 omnibus privilegiis, juribus, ac concessio- **A. C. 1629.**  
 nibus, privandi veniant. Ut etiam rea-  
 lem executionem quamprimum in actum de-  
 ducere nobis sit conclusissimum.

## §. XLIV.

Urbani VIII. Epistola ad Ferdinan-  
 dum Cæsarem super promulgato  
 hoc edicto.

Jam dudum Urbanus VIII. Papa per  
 Apostolicos Nuntios suos de Cæsa-  
 ris, Electorumque proposito certior er-  
 rat redditus, quamprimum vero hoc  
 edictum in Imperio Romano fuisse pro-  
 mulgatum inaudierat, confestim ad Fer-  
 dinandum Imperatorem has dedit li-  
 teras: *Charissime in Christo fili noster,*  
*Salutem & Apostolicam benedictionem: fre-*  
*quentia præbes & Principibus exempla vir-*  
*tutum, & Ecclesiæ argumenta consolatio-*  
*nis: inter gaudia, quorum ferax hoc tem-*  
*pore nobis fuit Germania, mira quidem*  
*jucunditate animum nostrum implevit nup-*  
*erum Majestatis tuæ edictum, quo jubentur*  
*Seculari veterem possessionem dimittere Ec-*  
*clesiasticorum bonorum, Ordini Sacerdo-*  
*tali, & in quo continentur aliquæ declara-*  
*tiones (quibus benedicimus) quarum vi a-*  
*moventur obstacula, quæ Catholicæ Reli-*  
*gionis instaurationem hæctenus retardarunt.*

K 4

Hæc

**Sæc. XVII.** *Hæc in Consistorio Secreto a nobis relatæ  
A. C. 1629. libenter audita fuerunt, & meriti plangit  
tue pietati dati sunt ab Apostolico Senat  
cupiente, tam piæ liberalitatis præmia  
victorias, hinc noverit Hæresis, portas  
ferri non prævalere adversus Ecclesiam  
quam adeo feliciter propugnant Legion  
Angelorum, & arma Austriacæ potent  
Quam vero arte Pontificis animum tibi  
strinxeris, Venerabilis Frater Archiep  
scopus Thessalonicensis Nuntius nosser  
lentius declarabit Majestati tue, cui  
laudum accessionem gratulamur, atque Ap  
stolicam benedictionem amantissime imp  
timur. Datum Romæ apud sanctam Ma  
riam Majorem sub Annulo Piscatoris  
quinta Maji anno millesimo sexcentesimo  
gesimo nono Pontificatus nostri sexto.*

## §. XLV.

*Saxonicæ Electoris oppositio ad  
sus hoc Cæsaris edictum.*

*Lotish. l. c.* **P**ostquam hujus edicti notitia ad Jo  
nis Georgii Saxonicæ Electoris aur  
pervenerat, mox die vigesima octava  
Aprilis, quominus hoc edictum  
ceptare valeret, datis ad Cæsarem  
teris exposuit, & primo quidem, qu  
hoc edictum in Cæsaris, ejusque fam  
liæ detrimentum cedere videretur.  
Lites circa Religionem ex commu